

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Icones sive imagines virorum literis illustrium**

**Reusner, Nikolaus**

**Argentorati, 1587**

Simon Pistoris Ivrisc

[urn:nbn:de:bsz:31-271751](#)

SIMON PISTORIS IVRISC. &  
Cancell Saxon.



Iura prius docui: mox scinia Saxonis aula  
Eloquio rexī, consilioq; meo.

M, D, LXII.

SIMON PISTORIS V. I. D. LIPSIÆ IN  
eruditâ familiâ natus anno M. CCCC.

XXCI X:

Patre Simone, Nicolao auo, vtroque Med. Do-  
ctore, & Saxon. Archiatro clariss.

In quo vno supra familiæ claritatem natura ma-  
ximas & ariimi & corporis dotes, vna cum inclytâ  
virtute, summaque cum docendi facilitate, & dex-  
teritate, non sine omnium admiratione,  
felicissimè cumulauit;

Quem Papia docuit, Lipsia ornauit, Aula Sa-  
xonica obleruauit:

Per integrum quinquennium primò in patriâ  
Academiâ Profetior Cod. Ordinarius:  
Perpetuus denum Elect. Saxon. Cancellarius,  
& Magister officiorum in aulâ constitutus:  
Magnis magnâ cum gloriâ perfunctus ho-  
noribus:

Commeatu tandem gratiosè impetrato:  
Satur vitæ, satur gloriæ:

Liberos post se relinquens eruditos hono-  
ratos superstites:

Quorum & in libris præclara eius reuixit me-  
moria, in omne deinceps ævum cum  
his victura perperuo:

Obiit in pago suo Seufeliz, III. Non. XBR.  
anno Sal. M.D.LXII. Aet. LXXXIII.

Q. iiiij

ALMA LIBRARIÆ RIBA

IN SIMONEM PISTORIS MAGNUM  
Saxoniæ Cancellarium.  
GEORGII FABRICII.

Conditur hoc tumulo Simon Pistorius: atque  
A patre præclaro nomen, auoq; tulit:  
Saxonici vixit qui Cancellarius aulæ:  
Ulta quinque gerens lustra regentis onus.  
Ingenio præstans, studio indefessus, honore  
Summus, consilijs vtilis, ore potens.  
Quod mortale fuit, tellus tenet: inclyta fama  
Nominis, haud villo stat violanda die.

Gregorii Bersmanni.

Quis Pistoriadum gentis, quis nomina nescit  
Nomina Lipsiacas inter fulgentia stirpes?  
Inclyta doctrina titulis, & fascibus ampla,  
Et meritis præclara suis, & iuris, & artis,  
Artis Paeniorum titulis, & honoribus aucta.  
Quis te Nicoleos dignâ celebrare Camœna  
Laude Machaoniâ clarum, titulisq; superbum  
Consulit, aut merito posset super æthera cantu  
Tollere, teq; Simon Medicum, te nomine eodem:  
Insignem, legum custodem, & iuris amissim:  
Quem schola Ticini docuit: quem Lipsia summis  
Ornauit titulis: quem Saxonis aulæ recepit  
Munere functū amplio, duo ter quinquennia vita.